



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Bernardini Scardaeonii Patauini Presbyteri de Castitate  
Libri Septem**

**Scardeone, Bernardino**

**Venetiis, 1542**

Decretum ex concilio Gangreni 82. dist. contra sacerdotes fornicarios  
cap. li

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30433**

**DE CONIV. ET CONTI. SACER.**

Decretum ex concilio Gangreni. lxxxii. dist.

Cap. L I. contra sacerdotes fornicarios.

**P**resbyter si fornicationem fecerit quanquam secundum canones apostolorum debeat deponi, tamen iuxta auctoritatem beati Silvestri, si in uito non perdurauerit, si sua sponte confessus, adiecit ut resurgat, decem annis in hunc modum peniteat. Tribus quidem mensibus, a ceteris remotus pane & aqua a uespera in uesperam utatur, tantum autem diebus dominicis, & præcipuis festis, modico uino, & pisciculis paucis, & leguminibus recreetur, sine carne, sanguine, ouis, & caseo utatur. Sacco induitus humili adhæreat: die noctuque misericordiam Dei omnipotentis imploret. Finitis tribus mensibus continuis exeat, tamen in publicum non procedat, ne grex fidelis in eo scandalum patiatur. Neque enim debet sacerdos publice penitentia, sic ut laicus postea aliquantis per uiribus resumptis, unum annum & dimidium in pane & aqua expleat, exceptis dominicis diebus, & præcipuis festiuitatibus: in quibus uino & sanguine, ouis, & caseo iuxta canonica mensuram uti poterit. Finito primo anno & dimidio, corporis, & sanguinis domini, ne indurescat, particeps fiat, & ad pacem ueniat, psalmos cum fratribus in choro ultimus canat. Ad cultu[m] altaris non accedat, iuxta beati clementis uocem, nulla gerat officia. Deinde uero usque ad expletione septimi anni, omni quidem tempore, exceptis paschalis diebus, tres legitimas ferias, in unaquaque hebdomada in pane, & aqua ieunet. Expleto septimo anni circuito, si fratres apud quos penituerit, eius congrua penitentiam laudauerint, episcopus in pristinum honorem iuxta beati Calixti papæ auctoritatē eū reuocare poterit. Sanè sciendum quod secundam feriam unū psalmorum canendo, aut unum denarium pauperibus dando, si opus est, redimere poterit. Finitis autem septem annis deinde

deinde  
la inter  
Haec c  
diluti  
re ut in  
tio à le  
scriptis  
sancitis  
A  
**S**i q  
lai  
tradat,  
seruat,  
minibus  
duode  
uadat,  
ctenus  
cum ui  
uius pu  
modo  
tum, qu  
cantur p  
lis abs  
& mor  
te ut pa  
certe ne  
lus, ò C  
molles  
poside  
tionibus  
fisque c  
ducent  
de con  
à nobis

**L I B E R T E R T I V S.**

129

deinde usque ad finem decimi anni sextam feriam nul-  
la interueniente redemptione obseruet in pane & aqua.  
Hæc de fornicatione simplici : sed maiore pœnitentia  
diluitur fornicatio, si cum spirituali filia contingat. Q[uo]d  
re ut intelligat unusquisque, quæ pœnitentia huic flagio  
tio à legibus præscribatur, hoc quoque decretum præ-  
scriptis uerbis in medium proferamus: quod habetur in  
sanctis patrum decretis, trigesima quæstione prima.

Alterum decretum per cœlestinum papam

xxx.q.i. Cap. LII.

**S**i quis sacerdos cù filia spirituali fornicatus fuerit, sciat  
se graue adulterium commisisse: iccirco foemina si  
laica est, omnia derelinquit, & res suas pauperibus  
tradt, & conuersa in monasterio Deo usque ad mortem  
seruiat. Sacerdos autem, qui malum exemplum dedit homi-  
nibus, ab omni officio deponatur, & peregrinando  
duodecim annos pœniteat. Postea uero ad monasterium  
uadat, ibique cunctis diebus uitæ sua Deo seruiat. Haec  
tenuis decretum. De his uero qui contra naturam, aut  
cum virginibus sacris peccarunt, quomodo etiam gravissi-  
mum puniantur superius suis locis dictum est. Discant  
modo impudici sacerdotes, quæm graue sit hoc pecca-  
tum, quod à legibus tanta pœna plectatur: nec quod fornicati  
cantur plæriq[ue] impunes, & pauculis psalmis, aut præcus-  
sis absoluuntur, legis pœnas irrideant, quasi antiquatae,  
& mortuæ: quoniam Deus non irridetur, & si quis fornicat  
ut pauloante diximus temporariam pœnam eludet,  
certe non euadet æternam. Nolite errare, inquit Aposto-  
lus, o Corinthii, ne que fornicatores, ne que adulteri, nec  
molles, nec masculorum concubitores regnum Dei  
posidebunt. Sed iam expediti à falsis, & foedis cauilla-  
tionibus lasciuorum, ueluti euecti è difficillimis scopulo-  
sique cotibus, pacatiore æquore deinceps, quo secundi  
ducent zephiri, ductore spiritu sancto uela faciamus, &  
de coniugatorum molestiis, q[uo]d collecta magis q[uo]d intellecta  
anobis sunt deinceps sequenti libro referamus.

R